



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

25. Utrum de causa exemptionis subjectionis ve transigi possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

aliqua ex parte probetur, saltem semiplena probatione, ne Judici ordinario passim illud fiat, Innoc. Dom. & Franc. cap. solet nu. 10. de sent. excom. in 6. Covar. in rep. cap. Almatator part. 1. §. 12. n. 7. eod. in 6. fol. 384. Roia decis. 308. in novis & dec. 116. in An-
 tiquis. Quod secus est, quando Jurisdictio excommunicantis fundata non est de Jure
 communi, ut latius exemplis illustrat, Philippus Francus d. cap. solet. nu. 18. & novis-
 sime Profer. Farinac. dec. 382. par. 2. tradens Ordinarium habere t. m. pro se Juris com-
 munitis adhesionem manu tenendum esse, si alii ad sint actus possessorum, quamvis ex
 adverso actus contrarii proponatur, uti latius videre est apud eundem Farinac.

QUESTIO XXV.

Utrum de causa exemptionis subjectionisve transigi possit?

Distingendum est, ut gratis transigere liceat, at verò ut non gratis, sed aliquo
 temporali dato, vel accepto, non liceat propter simoniacam labem, quæ si
 spiritualis sit Jurisdictio, prohibetur. text. cap. præterea 2. de transact. ubi Innoc. & DD.
 unde consequens est, ut si transactio censu aliquo novo roboretur, non subsistat,
 secus verò si antiquus fortè remittatur, veterem enim censum, cum sit jus spirituale,
 possit Ecclesia subiecta pro exemptione consequenda remittere dominantum, uti tra-
 dit Innocentius d. e. præterea.

QUESTIO XXVI.

Unius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ subiectio an probanda.

SUMMARIUM.

1. Una Ecclesia alterius ancilla esse non de-
 bet.
2. Una Ecclesia alteri subiecta esse potest,
 subiectioque ab eo probanda est, qui in ea
 se fundat.
3. Probare quisque debet id quod sua inten-
 tionis est fundamentum.
4. Testes de subiectione deponentes, quali-
 ter deponere debeant.
5. Duplex subiectionis species.

Licet regulariter una Ecclesia alterius ancilla esse non possit, Bald. cap. item si Epi-
 copus num. 3. tit. Episcopum vel Abbatem, cap. quia per ambrosiam de Rescriptis in 6.
 Alphonsus Soto ad reg. Cancell. 12. n. 2. ubi Ioannes à Chokier frater meus fol. 264. mhi-
 lomitus tamen una Ecclesia alteri subiecta esse potest, subiectioque ab eo proban-
 da est, qui in ea subiectione se fundat. Far. in decis. 39. per tot. part. 2. probare enim
 debet, quod suæ intentionis est fundamentum. l. ei qui ff. de probat. Far.
 decis. 697. nu. 1. 717. nu. 4. par. 1. qua quidem in probationis specie, id peculiare est, ut
 testes de subiectione deponentes, dicti sui rationem adijciant, alioquin non probant.
 Bald. conf. 286. nu. 3. lib. 2. & Egid. decis. 64. Anteus dec. 282. lib. 1. Caputq. decis. 34. lib. 4.
 Far. decis. 39. nu. 1. in fin. part. 2. Quibus autem modis una Ecclesia alteri subiecta
 probari possit, infra, peculiaribus quaestionibus ostendi, qu. 32. 33. 50. & 59.

Kkk, 2

Potro